Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

dus Comes de Chirchenberg, Ulricus de Taufers, et Ulricus de Vortsperch sacramento prestito juraverunt quod Dominis Comitibus antedictis, et eorum hominibus, fautoribus, et adjutoribus cujuscunque conditionis fuerint, hinc usque ad nativitatem S. Joannis Baptistæ, venturam proxime, et inde ad annos duos nullum damnum gravemque injuriam, vel offensam in rebus aut personis inferent, quocunque modo nec per suos inferri permittent, similiter Dominus Reinhardus Comes predictus, pro se, et pro tre suo Domino Alberto Comite illustri, nec non Dominus Friderius de Rodaneck, Perchtungus de Stais, Eberhardus de Twingenstain, Leinbertus de Vötzberg, Heinricus Lajanus, Wilhelmus de Aach, Berchtoldus Tarrandus vice versa sacramento prestito juraverunt, quod Dominis Comitesantedicti unam pacem et amicitiam cum prefata parte adversa, usque ad terminum predictum habebunt, nec per se vel suos adjutores et servitores memorate parti adverse quicquam damni gravaminis aut offensa in rebus aut personis inferent, nec inferri permittent, sed si quod absit alterutre parti quicquam damni, et gravaminis quia satisfactionem requirerent aut emendam (i.e. emendationem), per alteram inferretur, id post requisitionem patientis infra mensem sub pena juramenti prestiti emendetur, sed si forsan Dominus Episcopus aut Dominus Ulricus de Taufers tempore illo non essent in terra talis quæstionis motio rursus ad adventum ipsorum habebit inducias; Nec mediotempore de talibus nocumentis ultro requiretur, nisi ut promissum est, requisitio precesserit de emenda. Similiter si Domini Comites non essent in terra ipsi id et eodem modo per omnia observetur. Item subeodem sacramento promiserunt vicissim, quod nentra pars alterius servitores sive adjutores de adjutorio et societate alterius retrahere aliquatenus attentabit. Item quia Nobilis Dominus Eberhardus Comes de Kirchperg eidem non interfuit unioni, nihilominus idem dum venerit faciat Juramentum. Similiter Dominus nobilis et illustris Albertus Comes Goritiæ et Tyrolis, qui etiam presens non erat dum venerit, jurabit omnia predicta et singula observari, et predictorum duorum Dominorum Juramenta sub pœna juramenti prestiti - est etiam procurandum. Ad majorem vero cautelam, et observantiam omnium prestitorum Domini memorati Bruno Venerabilis Episcopus Brixinensis, Eberhardus Comes de